

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Aerumnosissimam Jesu Cruci Suffici Expirantis Vitis e domicilio terrestri
excicionem Religiosa mente perpendendam**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1686]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742502392>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—
1686. Fasten

A-1256. "4.

1686. 45

ÆRUMNOSISSIMAM
JESU CRUCI
SUFFIXI
EXPIRANTIS VITIS
è domicilio terrestri excisionem,
Religiosa mente perpendendam.
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
GEORGIUS RADOVIVS,

D. & Antecessor, Facult. Jurid. Senior
CIVIBUS ACADEMICIS Omnia Ordinum
honoriſſimis

Monitorio PROGRAMMATE exponit



Rostochl,
Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

M. 1256 #4



Vx non ita pridem, CIVES,
inter tripudiantia angelicarum excubiarum
celeusmata, coruscante cœlo, congratulan-
tibus astris, gaudente terrâ, maturata pu-
bescebat, & saluberrimum odorem spirabat:
Ea nunc, inter lamentabiles comploranti-
um mulierū ejulatus, inter lugubres scissa-
rum rupium hiatus, & vastos inhorrescenti-
um cavernarum mugitus, effuso ad specta-
colum luctuosissimum caliginoso cœlo, stupentibus sideribus, tre-
mente solo, ferali propudiola crucis adjugatur pergulae, & in brachia
componitur marcida atq; expiratura VITIS. Germinaverat paulò
ante clarissimis distincta gemmis gloriae, pacis & benevolentiae, ju-
cunditatiq; le dederat tenerrimæ: qvæ jam vulneribus & vibicibus,
tanquam cerauniis uvis, tota livet, marcat, & elanguescit. Pro-
tenderat undiq; amabiles gratia allicientis amplexus, jam tenaci-
bus vinculis immanissimè ligatur & severissimè constringitur. Vide-
licet, æternus Dei filius, cuius faciem humanâ augustiorem reveren-
ter intueri satergerant angeli, cui præconia tribuerant religiosi opilio-
nes, quem auguste sancteque venerati fuerant magi, oculis infestis
conspicitur, probris fœdissimis increpatur, ronchis malignorum
exponitur, cavillis proscinditur, iteratis percussionibus, sputis,
infixoq; in caput spineo serto, à detestibili non parum facetorum
scurrarum immanitate usq; adeo deformatur, ut pulcherrimus ce-
teroquin omnium in tantâ deformitate vix noscitaretur ipse, &
omni sollicitudinum molestiarum ac cruciamentorum genere miser-
rimè affectus horreret, contristaretur, & tremebundus expavesceret.
Enimverò experiebatur in se ipso atrocitatem turbulentissimæ istius
tempestatis, quam ingenulans, humiq; supplex ante Patrem stratus,
tribus impensisimè vicibus, deprecatus fuerat. Irruebant, impetumq;
perferebant in mitissimum Jesum, ab omnibus fugâ dilapsis, præfero-
cibus etiam, discipulis desertum, infuscati malevolentia lictores, car-
nifices, tortoresq; raptaturi & indignissimè circunducturi eum, tan-
quam

quam personatum sannionem, ad vasros & veteratorios judices, qvi-
bus, dum deliberabundi capita conferebant, in proclivi erat, verita-
tem infirmare, consutisq; dolo mendaciis eludere, & omnibus dictis
sententiam capitis infulcire, sanctitatem violare, & qvitatem plectere,
innocentiam opprimere. Aversabantur omnium maximè ærumnabi-
lem oberrantis Jesu speciem tribules ejus mirabiliter morosi, & scele-
re furoreq; inflammati, iram atq; impetum circunfusæ multitudinis
in illum concitabant, impellebantq; ut Barrabam scatentem facino-
ribus nebulonem in libertatem vindicaret, istum vero omnium ma-
ledictis suclamatum è medio esse tollendum, internecinâ vocifera-
tione improbissimè qviraretur. Instando evincebat immanis atq;
intoleranda ista barbaries, ut inter coopertos sceleribus prædones,
ipse innocentissimus, integerimus & sanctissimus infami tandem li-
gno affigeretur, & crudelissimè periret. Inoleverat priscis seculis
mos, ut iis, qvi tenerum ordinassent vinetum, sponsi essent vel recen-
tes mariti, militiâ vacare per opportunè liceret: Intercidit illa mili-
tiæ vacatio, qm caussari poterat novellæ vineæ fator, neogamus
Ecclesiæ soter, & inevitabili pugnæ necessitudine intercipitur, unde
ipse, invictissimus imperator coccineo insignis paludamento, ope-
rosæ & acri præst militiæ, qvâ in libertatem afferendum erat mor-
talium genus, ut devictis truculentissimis hostibus triumphalis pax
conciliaretur. Solet, qvæ ulmum hederamve ambit, florentius
progerminare & pullulascere vitis: Hæc divinior VITIS, ο δεκατης
m̄s ζων̄s in funesto, cui affigitur, stipite progemmat cicatricibus, tur-
gescit iteratis ictibus, evincitur insigni spineo, ut è sancto & augu-
sto hoctopiario decus ornamentumque novella Ecclesiæ vinea nan-
ciscatur. Fas eqvidem fuisset, ut mollioribus oblatis reverentia &
pietatis uis indulgenter habuissent Dominum vineæ, appositi ad
colendam istam operari; ceterum spinis letaliter pungentibus in
ipsum immisericorditer sœvunt, [conf. Matth. 21,37,38,39.], his ipsis
redimitri redemptorem, qvi tolerantissimè istas saluberrimo exci-
pit consilio, ut, qvæ in spinis qvondam ceperat maledictio Gen. 3,18.,
in vepreculis sanctissimo capiti infixis felicissimè desineret. Notat

) 2

L. A. 1.

L.A. l.26. Cœl. Rhodiginus, vites quasdam male habentes dici a se-
dānyes, morbiq; indicium censeri folia subrubra. : Servator no-
strī causā saucius totusq; livore, vibicibus & plagiis mortiferis cru-
entus, VITIS verè est a s. o. t. n. G., grandine multā & nimbo insolito
divinæ justitiæ percussa, indeq; cicatrica, scabra, laniata, & car-
bunculans, à Domino sic contrita Es. 53. 4. 5. 10. Liqvorem uavarum,
qui in torculari de botris prelo subjectis sponte aut primo preli pon-
dere in lacum defluit, qvod reliquum antevertat mustum, prodro-
mum sive protropum appellari Hesychius & Athenæus observarunt.
Fuit pariter eximius præcursor effundendi pro salute orbis pretiosissi-
mi sanguinis, ille omnino singularis sangvineus toto manans de cor-
pore sudor, quem è paventis madidæq; VITIS poris hortus excepit,
Luc. 22. 44. Nec minùs insigne protropum fuit & Xp̄nus a m̄t̄
λα, qvod discipulis in calice novi testamenti moribundus Sospita-
tor obtulit, & in salutem totius humani generis propinavit, Matth.
26. 28. 29. generosissimum utique vinum nepenthes, & ad delendas
in animo anxiō conscientiæ labes efficacissimum remedium atq; al-
levamentum. Largior deinde & copiosior profluebat de saucii in
cruce Jesu corpore crux, quando lanceā transverberatum funebri
immoriebatur trabi dulcissimum vitæ lignum, quando flaccescebat
excellentissimus Palæstina fructus, racemus prægrandis palangæ al-
ligatus, & ab exploratoribus in castra Israélitica deportatus Num. XIII.
20. hoc qvippe eleganti scheme pendente de cruce Servatorem
præsignificatum fuisse, veterum recentiumq; doctorum suffragatio
luculenter demonstrat & exponit. Augustinus serm. 100. de tempore:
significat, inquit, botrus in vete Christum in cruce pendente: Duo viri
populūm judaicūm & Christianūm; præcedit judæus, sequitur Christianus.
Salutem hic ante conspectum gerit, ille post dorsum. Hic obsequium
prefert, ille contemtum. Ambrosius tom. I. tractat. de 42. filiorum
Israël mansionibus: Botrum, ait, quem retulerunt Christus est. Et tom. IV.
lib. 4. de fide c. 7. Non solum se esse vitens dixit, sed etiam botrionem vo-
ce Propheticā nuncupauit tunc, quando ad vallem botrionis exploratores

Moses

Moses iussu Domini direxit. Quae est illa vallis? nisi humilitas in caro
nationis & fecunditas passionis. Et puto botrionem ideo dictum, quia ex
vinea illa translatâ ex Egypto, b. e. è familiâ judæorum utilis mundo
fructus emicuit. Idem elegantiûs & prolixius tom. V. serm. de Cypriani
martyrio: Christus inquit, planè botrus est, quem duos exploratores in
palangâ ad filios Israël propriis humeris detulerunt. Quid quidem fac
etum jam tunc præfigurabat adventum Domini salvatoris? Nam botrus
in palangâ suspensus in cruce Christus appensus ostenditur. Duo autem
in palangâ portantes uvam, duo populi demonstrantur, Christianus utiq;
Ejodus: Et sicut mos est portantium, unus precedens, alter sub sequens.
ita prior judæorum designatur populus, Christianorum secundus. Et
sicut antecedens, quod portat, non vides, & retrorsum id semper habens
quadam dorso aversione contemnit: qui autem sequitur, semper id oculis
perspicit, semper custodit obtutibus, semper corporis vicinitate potitur.
Ita ergo judæus & Christianus populus: judæus enim prior est, Christum
in lege portat & nescit, & retrorsum cum posens quadam dorso aversione
contemnit; Christianus vero sequens populus Christum semper oculis aspi
cit, semper custodit obtutibus, & quadam graduum suorum vicinitate com
pletetur, & quanto cum ille populus parvo itinere post se relinqvit, tanto
cum iste directo cursu festinal attingere. Consona sunt istis hæc Berliar
di tom. 2. serm. 18. de diversis: Optimum vinum exprimendum est è botro
illo magnæ terra promissionis, qui interim in vece portatur, dum secundum
carnem novimus Christum & bunc crucifixum. Et tom. 3. serm. 44. in Can
tie. Ingentem botrum olim exploratores de Israel in vece serebant, cho
rum Propheticum præcedentem & subsequentem apostolicum, medium au
tem Iesum pulcro scheme figurantes. Collimat hoc Pet. Molinaus lib.
de cognitione Deip. 58. Racemus, inquietus, prægrandis de vece suspensus
umeris duorum hominum bajulabatur, per eum, qui prior incedebat, ec
clesiam U. T., per eum qui posterior, ecclesiam N. T., per racemum Christum
intelligere licet: Illa enim non vidit adventum Christi, quippe que præces
sit tempore: hec Christum habet sub oculis & adventum ejus intuetur.
Insigniter sibi gratulata fuerint Israëlitica castra de speciosa hac &

mirabili magnitudine uva vete suspensa: longè omnium præstantissimæ nobis sunt delitiae intueri Jesum eumq; in crucem actum. Eusebius lib. VII. H. E. Tipù n̄ δέ τοῦ ιωάννου τὸ κλῆρον Τας φαντασίας: *Hoc quidam*, ait, *est Romanis gestare ritum, & qui adepti dicuntur centuriones*, unde in lapidibus passim centurionum dignitatem bifurcatâ aut incurvâ vite, qvæ de Cussatam crucem figurâ exprimat, indicari plurimis exemplis probat Raderus *comm.* in *Mart. p. 635.* omnino nobis etiam, qvos reges & sacerdotes constituit Christus, per hunc orificum est cum principe Apostolo *Gal. 6. 14.* gloriarri cruce Christi, eadēmq; affectus incompositos & illecebras carnis afficere *c. s. 24.* potissimæ curæ nobis esse debet. Hæc nisi animis vestris, CIVES ACADEMICI, fixa fuerit religiosior sententia, qvoties fixum cruci cogitaveritis servatorem, socordes ducis strenui milites, marcidi VITIS floridæ pampini, & putrida emortuave capitis vigentis membra eritis. In hirculatione manifestò tenebimini, si mera hypocritici prætextus folia, nullos verò solidæ pietatis fructus edideritis. Feracius & uberius date velut vinetum restibile, perennes religiosæ sanctimoniaz uvas, sic dignos feracissimâ VITE vos exhibituri palmites, nec concessuri, ut *ωτεισην* peccatum more involvoli intorto se implicantis pampino, in fragili & caduco vestro corpore expuperet, marcorem & certissimum, ni mature expellatur, exitium tandem conciliaturum. Nolite voluntate obstinatiore & ira odii obfirmatiore duracinas imitari uvas, plura animo spirantes injuria in proximos, condite asperitatem contentionis humanitate, memores, qvām toleranter graviores longè impetus tulerit, nec ullâ ratione effebuerit mansuetissimus in cruce Jesus, non, prout hi commeruerant qvidem, in tortores iniqvissimos severiter detonans, sed patrem, ut indulgeret ut parceret iis, flexanimâ oratione blandissimè compellans. Imitemini lixivium vinum, & antequam torculari divinæ animadversionis premamini, vim efficacis fidei virtutumque fragrantissimarum diffundite. Vincula, lora, & flagella, qvibus durissimè habitum fuit venerabile Christi corpus, cohibeant, contine.

confineant & castigent effrenem licentiosissimæ vite ferociam. As-
rundo in caput divinum incussa timorem incutiat & attentionem
mobilibus ac irreqietis ardilionum ingeniis. Miserabilis in crucem
acti & capite prono inclinati Jesu aspectus exulare jubeat latvatas mi-
rionum morionumqve personas oribus distortis deformes. Vastum
obstupescens naturæ silentium faxit, conticescant nupti & præ-
textati sermones, licentiosi cachinni, solennesq; joci, qvibus thal-
lophori pertumultuosè circumstrepere solent. Sanctissima mirificè
abstinentis Jesu fames popinalem sybariticæ mensæ liguritionem, &
avidam cupediarum, scitamentorum, tragematumq; exqvistorum
gulam moderatiùs temperet atq; compescat. Profano otio tabesce-
re, epulis sumtuosioribus macelli annonam excandefacere, con-
vivia vario sermone in multam noctem producere, capacius ingur-
gitare merum, & ingentia exiccare pocula, tam dedecet, qvàm fe-
rulis lupercalibus flagitosè & turpiter nugari, ascoliis sive cernuali-
bus vacare, cottabiis certare, priscâve bacchantium spurcitie sordi-
dè atq; insolenter squalere. Propodium sit, saburrato & tâm bene
curato abdomen, ut marceat pridiani cibi potusve onere stoma-
chus, somnum sorbilem sanctis anteferrehoris, qvibus de arduo hu-
mana redemitio negotio, & acerbissimis Jesu cruciatibus pulpita
sacra personant, nulloq; tangi dolore nullâ commiseratione indi-
gnissimè oppressi malis Christi, nec lacrimis potius qvàm vino ma-
descere. Ideo expansain crucis ridicâ VITIS sustinet cruciamenta,
ut in illa nixâ humana conditio redivivæ fructibus pietatis adolescat,
& omne humanum genus à noxio secularium voluptatum æstu dif-
fusæ salutaribus brachiis crucis umbrâ veletur. De Judæ portione
hereditariâ in terrâ Canaan prædicatur Gen. 49. II. qvod in vitiferâ
regione pullum ligaturi sint incolæ ad vitæ generosam : Affigite pa-
riter pedamento patientis Jesu enormem resipisciendi torporem &
supinas lascivientis carnis illecebras, vos omni sanctimoniac cogi-
tatione ac studio vacui, ut sanguine uvæ istius emundati in fascicu-
lum viventium colligamini aliquando & colligemini. Attendite
ad in-

ad innocua VITIS excisionem è terrâ viventium; vos labruscæ in-
utiles & morosæ vites, ut tam gravis acerbiq; iudicij sensu omnes af-
ficiamini, & ex eo sensu ad jejunium, conventus sacros, & oratio-
nem fidei adducamini: non attenturi ad vina generosiora, quo-
modo speciem ambulantis in poculis exhibeant, ferveant suâ gene-
rositate & exiliant, ne temulento deinde agmine comedabundi in-
cedatis, & de stupore corporis ac animi vobis gratulemini. Cave-
te, ne dum sitibundus angitur Jesus, silet, lamentaturque, vos vina
plus aquo sorbillantes perstrepatis, tumultuemini, & stentoreis voci-
ferationibus religiosos hosce dies violetis. Volvite pio revolvite-
que animo, cum hæc talia acerbissima fata viride VITIS floridissi-
mæ lignum obruerint, quid Vobis stipulis, cremiis, aridissimisq; spi-
narum ramentis eventurum sit. Amarissimæ Christi lacrimæ se
VITEM sauciari & confodi testantur, flagitantes, ut à dulcissimis Ita-
licis Christi lacrimis aliisve asotiam procurantibus liqvoribus absti-
neant nunc præcipue illi, qvibus non planè omnis Jesu amor eviluit,
amaruit & sordescere cepit. Occipite sic sacros hosce dies, ut ne, ipsi
vobis futuri œnoptæ, modum in hilariori compotatione excedatis.
Sobrios desigite fidei oculos in ocellatam hanc VITEM, qvæ qvot
vulneribus, tot oculis, tot amoris illicibus vos ad se allieit, trahit, ut
vel tandem ediscatis, qvanti vos fecerit, qui tanta pro vobis vestrâ-
que salute suffert, & tot tantisq; calamitatibus, ut nostra magnitudine
mortis ejus obruerentur mala, obrui non refugit tolerantissimus ho-
minumq; amantissimus sospitator. Redundabit inde hoc grande
ad Vos emolumentum, ut ademtâ per lenissimam pronæ VITIS ex-
pirationem ingruentium in ultimâ necessitate malorum acer-
bitate, placidissimæ mortis somno consopiamini & ad æter-
na gaudiat transferamini.

P. P. Sub Sigillo Rectratus DOMINICA QUINQUAGESIMA
A recuperata gracie MDG LXXXVI,






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742502392/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742502392/phys_0012)

DFG

confineant & castigent effrenem licentiosissimum
 rundo in caput divinum incussa timorem in
 mobilibus ac irreqvietis ardellionum ingenii.
 acti & capite prono inclinati Jesu aspectus exu-
 rionum morionumque personas oribus distor-
 obstupescens naturae silentium faxit, con-
 textati sermones, licentiosi cachinni, solenni
 lophori pertumultuosè circumstrepere solent
 abstinentis Jesu fames popinalem sybariticæ t
 avidam cupediarum, scitamentorum, tragedi-
 gulam moderatiū temperet atq; compescat,
 re, epulis sumtuosioribus macelli annonam
 vivia vario sermone in multam noctem prod-
 gitare merum, & ingentia exiccare pocula, t
 rulis lupercalibus flagitosè & turpiter nugari-
 bus vacare, cottabiis certare, priscâve baccha-
 dæ atq; inlolenter squalere. Propudium sit
 curato abdome, ut marceat pridiani cibi
 chus, somnum sorbilem sanctis anteferre hori-
 manæ redemtionis negotio, & acerbissimis
 sacra personant, nulloq; tangi dolore nullâ
 gnissimè oppressi malis Christi, nec lacrimis
 descere. Ideo expansa in crucis ridicâ VITIS
 ut in illa nixâ humana conditio redivivæ fructu
 & omne humanum genus à noxio secularium
 fusæ salutaribus brachiis crucis umbrâ veletu
 hereditariâ in terrâ Canaan prædicatur Gen.
 regione pullum ligaturi sint incolæ ad vitæ g
 riter pedamento patientis Jesu enormous re-
 supinas lascivientis carnis illecebras, vos on-
 tatione ac studio vacui, ut sanguine uvæ isti-
 lum viventium colligamini aliquando & col-



diciam. As-
 tentionem
 in crucem
 invatas mi-
 li. Vastum
 pti & præ-
 vibus thal-
 na mirificè
 tionem, &
 visitorum
 io tabescere,
 conciūs ingur-
 , qvâm fe-
 cernuali-
 citie sordi-
 et tam benè
 ere stoma-
 arduo hū-
 pus pulpita-
 sione indi-
 vino ma-
 ciamenta,
 adolescat,
 m æstu dif-
 e portione
 in vitiferæ
 Affigite pa-
 rporem &
 onia cogi-
 in fascicu-
 Attende-
 ad in-